

quoniam ab eodem ipso Beffarione post nonnullos annos latinitate dotata fuerit. Triduo autē post, cardinales tres, necnon antistites decem, ac nonnulli monachi p̄clari theologi, summi p̄tificis iussu ad Græcorum conuētum domi patriarchæ, p̄sente Imperatore celebratum, conuenerunt, ubi Iulianus ille facundissimus cardinalis hanc habuit orationem.

¶ Non inuisum sum. P. amp. huc mecum p̄claros doctores uenisse, qui sanctissimi domini nostri m̄dara melius q̄ ego referre possent. Veritatem quoniam ego superioribus etiam sessionibus fuerim locutus, idcirco p̄stantissimorum horum patrum cōsensu, nūc etiam pro uiribus pauca proferam, hac tamē conditiōe, ut ipsi, quæ imprudens omiserō, suppleant. Notum est uobis, P. amp. nos Ferrarie conuenisse, ut in qualibet hebdomada, duas ad minus sessiones celebraremus, quādoquidem uisum est nobis operæ prius esse, ut nostra dogmata disputatiōibus clara lucidatq; reddātur. Cur autem hanc nostram cōditionem seruare nolitis, ipsi penitus ignoramus, cum nō sine magno uestro nostroq; sumptu huc, ut ueritatem inuestigemus, cōuenerimus, quam quidem nō alia uia, q̄ disputatiō poterimus cōsequi. Porro, quatuordecim mēsiū spacio ideo nihil profectus mus, q̄ in eo longissimū tempore, nō nisi. xxv. sessiones celebrauimus, cum nō minus quatuor quolibet mense celebrare commodissime potuissemus. Vnde patet, negligētia uestra nos multum temporis cōtriuisse, de quo quidem uehemētē dolemus animo.

¶ Quapropter rogamus uos, p̄stantiss. P. uelitis ad sessiones uenire, quādoquidem hac sola uia facile coniūgi poterimus, quinimmo fieri non potest, ut sine disputatiōe negotium nostrum cōfici possit. ¶ Satis superq; p̄stant. P. dixisse uidemur. Nō em̄ inter nos cōuenit, ut in infinitum disputemus, Reliquum igitur est, ut nostræ cōiunctiōis modum inuestigemus. Nam ut æger, cum p̄ualer ægritudo, nō autem posteaquā cōualuerit, uti solet diæta, (nō em̄ semp̄ prodest abstinere a cibo) ita etiam nobis disputatiō quondam profuit, nūc uero neuitiquā cōuenit. Verum nos alium modum, quo pacem possimus cōficere, excogitare oportet. ¶ At nōdum nobis, serenissime Imperator, satisfactum fuisse uidetur, quādoquidem a disputatiōe prius desistere nō debemus, q̄ nobis ueritas pateat, cum p̄sertim ipsi multos; sanctoꝝ attulerimus auctoritates, quibus dogma nostrum piū esse probauimus, ac eum nō esse Ch̄rianum, q̄ sp̄m̄ sanctum nō crederet ex filioq; procedere. Vos autē cū neq; nobiscū sentire uelitis, neq; argumētis nostra refellatis, sed a disputatiōe uehemētē abhorreere uideamini, tātummodo proferētes, satis iam dictū esse, quod sane nobis incōueniēs esse uidet. Vos igitur oportet ostēdere, uel nos nō bene sentire, uel sine aliqua excusatiōe ad sententiā nostram uenire, ac nobiscum coniūgi, uel ad disputatiōis certamē descēdere, quousq; ueritatē ipsam assequamur. Nam ex exemplum tuum sereniss. Imp. a nobis potius esse uidet, quādoquidem ut ægroti solēt uti diæta, ita nos etiā ob schismā nostrum, quod magnā ægritudinem esse duco, eo usq; disputare debemus, quousq; pacē ineamus, p̄sertim cum fieri nō possit, ut alia cōiunctiōis uia inueniatur. Pace uero cōiunctiōisq; nostræ (sauēte deo) cōfecta, ut ægroti diæta, ita nos disputatiōe nequaquā egebimus.

¶ Dico eodem. P. amp. nos amplius uobiscum disputare uelle, ac uis dialectices uobis uisum, ut nunq; suaderi uelitis, ueq; semp̄ differere, ad extremū autē uehemētissime porare, statimq; cōsurgerē, ac sessionem dimittere, ut animos auditoroꝝ ad uestram op̄onem flectatis. Omisso igitur multiloquio, uia qua dei benignitate cōiūgi possimus, excogitemus. ¶ Ipsi profecto sereniss. Imp. nō multi prolixitue fuimus, sed dialectici nō obmutescere, nec in sermone deficere solēt, quādoquidem argumētis ratiōibusq; semp̄ abundāt. Qui autē propositā questione ueris rōnibus substinere nō potēs tacet, disputatiōisq; fugit, is dare manus debet, atq; a causā palam discedere, ut pater Ephesius fecisse debuerat, quippe q̄ nō habēs quid amplius diceret, uictus discessit, nolens amplius disputare, ac se uictum ingenue fateri, cui uos quoq; assentiri uideamini. At nō ita cōuenimus, uerum ut co usq; differeremus quousq; questione nostrā ad uerā cōclusionem p̄duceremus. Cui quidem sermōni sereniss. Imp. acquiescere nolēs, ac a disputatiōe uehemētē abhorrēs, iussit ut utraq; ex parte decē uiri seligerent, q̄ tātum octies cōuenirēt, & uia cōiunctiōis inuestigarēt, qua non inuenta, synodo dimissa discederent. Postridie uero ad summum pontificem iuit, ac ei suam sententiā dixit, quam cum summus pontifex approbasset, Latini cardinales duos, & duos antistites, ac duos doctissimos monachos, & duos alios clericos.

Græci autē decē p̄uales elegerunt, q̄ cum simul cōuenissent. Græci quæsi